





**PRAECLARISSIMOS ACADEMIAE  
CIVES  
AD  
TRES ORATIONES  
SACRAS  
IN AVGVSTEO  
SEPARATIS DIEBVS  
AVDIENDAS  
PRO INSTITVTI RELIGIONE  
INVITAT**  
**IO. GVILELMVS BERGERVS**  
**ELOQ. ET HVMAN. P. P.**

**V**eronicam, sancti exempli feminam, cruentam Seruatoris imaginem habuisse ferunt, exceptam linteo, cum, ad supplicium rapus, sudorem abstergeret, itaque expreflam, ut ab ictu una maxilla tumidior altera consiperetur. Etsi uero hoc, quod dicitur, Veronicæ sudario, Romam perlato, Tiberius Caesar graui, quo laborauerit, morbo liberatus perhibetur, tamen, cum plura huius generis, diuersis in locis, memorentur asseruari, ad fidem, indignitatemque rei demonstrandam, satis est, Alapam, Christo inficcam, inter cetera contumeliarum, quibus affectus est ille, et quae ponderari uoluit Deus, genera ipsi diuinis literis prodii. Quod quidem conseleratissimi hominis nefas cum recordarunt, et pro eo, ac religio animi postular, execramur, tantum abest, ut, ab illa nos culpa uacare, putemus, ut in eius conscientia labis, hereditate acceptae, uestigium agnoscamus, et, quod inde contraximus, humanae indolis uitium depleremus. Mamerorum alapae Poëtis notae sunt, quibus, in mimis, scurræ, et parasti, ridente populo, accipiebantur, in nouo uitiae genere, ut ait ille, et inaudito, quod contumelias quaestui haberet, et iniuria paſceretur. Hic autem uile, abiectumque, mancipium Regi regum, et maiestatis Principi, folidum feruum, quod a nutu, flagrifice, heri pendet, Domino, cui parenti cuncta, uel unus ex infami apparitorum, lictorumque, qui Christum comprehendenterant, satellitio gloriae Parenti, nocentissimus innocentissimo, stupente terrarum Orbe, manum infert. Verum tamen illam profligatissimi serui perornam sustinet homo, qui, repudiata per nequitam ultimae integratissimæ libertate, libidini, flagitiisque, se constringendum tradidit, et, propagata, auctaque, animi corruptela, totum genus hominum usque eo contaminavit, ut, nisi diuinitus emendemur, inueteratae prauitatis consuetudine, et licentia, sanctitatem, ueritatemque, perferre non possumus. Nec uero tam bacillo caput sanctissimum a pessimo feritur, ut Theodorus Beza, et quidam ali, interpretantur, quam alapae, palma impactae, ignominia os purissimum ab impurissimo foedatur. Haec enim diuina menuis explanatio piae antiquitatis, cuius iudicium in Ignatio ad Trallianos, Gregorio Nazianzeno, Cypriano, Hieronymo, Sedulio, et aliis, exrat, testimonio responderet, interpretumque aliorum, maximi Syri, confensione sustinetur, in ipso etiam loquendi usu, scriptoribus sacris Matthaco, Marco, Lucae, et Ioanni probato, rationis pondus habet, Graecorumque Criticorum, quos Suidas compilauit, tum reconditarum commentariis notionum, quae Glòllæ uocitantur, et Iurisconsultorum, quos Graccia tulit, distincto, familiarique, loquendi genere, se tuerit. Has plagas, quibus caederetur salutaris maxilla, cecinerant uates, coelesti afflato percussi, et, si Latantio credimus, in fatalibus libris, Sibylla, sagacioribus tamen, cum mirifice subseruat Christianum, dolii cuiusdam pii iamdiu suspecta. Consimilibus dilatata manus uerberibus, perinde ac colaphis, caesos aliquando, confectosque, fuisse ueritatis, cum mendacio hominum conflictantis, testes, Martyrologia loquuntur. Ceterum poenam huic iniuriae leniorem principio fanixerunt Romani. Cum autem Lucius Veratius quidam, homo insignite improbus, atque immani uecordia, pro delectamento haberet, os hominis liberi manus suæ palma uerberare, et, quemcunque male acceperebat, huic per pedissequum, crumenam, assium plenam, portitatem,

con-

confestim, secundum XII Tabulas, quinque et uiginti asses numeraret.  
Practores, omissa priori lege, iniuriis aestimandis recuperatores dederunt.  
Alias, compertum est, gentes, ipsos maxime Germanos ueteres, tantam ori  
dignitatem tribuisse, ut audaciam infringendi alapas ferro uindicandam  
duxerint, nec caedis, quae hac dedecoris depulsione facta sit, quem  
quam postularint. In talis quidem proteruac documentis iniuriam gra  
uissimam ponunt Iurisperiti. Ac uidetur omnino facies reuerentius ha  
benda, quod, ut sapientibus placet, in ea uiua, et expressa, simili  
tudo Dei, hoc est, torus homo depictus, exhibetur. Videtur genis  
clementius consulendum, in quibus Pudoris sedem fixit antiquitas, tanti ab  
Atheniensibus habiti, ut ara, publice structa, coleretur. Quare ictus il  
le capitalis non maiorem uini, utpote ab infesto, furiosoque, homine il  
latus, habuit, quam iniuriam, contuso quippe, confusoque, ore Pulcher  
rimi mortalium, quo Lumen Orbis, et iustitiae Sol eniteſebat, tan  
taque elucebat maietas, ut, pictorem, tradat ex ueteri fama Io. Da  
malcenus, ab rege Edeſlenorum, Abgaro, ad pingendum misum,  
splendorem uultus, aspectusque, ferre non potuisse. At enim hic  
fatalis est ictus, quem nostrae perfidiae, una cum ceteris malis, de  
bitum, ab ultrice iustitia Liberatoris misericordia suscepit, ut manu  
percussoris manus Parentis, pomum uictum captantis, expiaretur, et in  
iusta genarum percusione uultus sonium pudor, quo remouebantur  
a conspectu Dei uindicis, excuteretur. Videtur autem nobis uidere ne  
quitiae antrum, ludibri officinam, latronum fedem, cum intelligimus, do  
mi pontificis maximi, ubi domicilium sanctitatis, perfugium innocentiae,  
iustitiae templum, esse deberet, eoque loci, ubi, cauſa nauiter cognita,  
pro religione animi statuendum, usque omnis uel ab fonte prohibenda  
fuisset, nullius criminis conuictum, omninoque infontem, indicta adhuc  
cauſa, pro libidine seruili, ac barbarae, immanitatis, male multari, et  
indignissime haberri. Quod cum Paullo, Pontificis Anatiae iuſu, uapu  
lanti, uſu uenire, contra legem fieri ab eo, qui secundum legem iudica  
re debeat, recte ait. At uero aequorū est iudicium, quos potestate te  
neant, aui extra iudicium omni defendere, ministrisque tuendi partes,  
non uiolandi ueniam, dare. Facies in foro, praesertim sacro, oculis, co  
gnitionique, iudicium tuō patere debet in bello et acie, ubi miles faciem ferire  
a Cæſare iubetur, aduersus hostiles ictus galcis muniri solet. Adeo sceleris,  
quod defectione nostra concepimus animo, et consciuum, magnitudo, atque atrocitas  
diuini, humanique iuris fentum nobis eripit, ut, ubi sacrificiū agendum e  
rat, nihil sanctum iniolatumque, nihil religione, aut lege rectum, relinquamus.  
Adeo iustissimo in asylō iustitiae nullum iuris praefidium erat, danti pro homi  
ne poenas, quem, aequum fuerat, poenis, in conspectu iudicium, contra huma  
nam legem, expertis, uere uiolationem diuinae legis, inspectante Deo, commissam.  
Nec uero defuerunt, ut existimari potest, facinorofissimo feruo confiliī pestife  
ri auctores, qui iniquis dominorum rebus studerent, neque ipsi domini male  
factum non comprobant, cum in re tam infanda coniuient, projectaque a  
mentiam non reprimunt, sed dissimulant silentio, et tam peruersos se iudices  
praebent, ut minus, ac filiarum solito ab incurſu latronum, iudicium a iudi  
cibus tutum videatur. Quantum huius quoque mali contagio ad nos pertine  
at, etiam nunc nostri nos ingenii perueritas admonet, quotiescumque libidini  
infinita, et dominant, morem gerimus, eaque uel ipsius ad male agendum in  
ducimur, uel praeu. consulta et coepit non increpando fouemus, et dissimulan  
do, ueniamque delictis commendando, confirmamus. Causa facti, ut uidetur,  
hone-



honestior interponitur, quasi non ita respondendum sit Antistiti summo, pro eiusque sanctitate arque auctoritate, ubi uel leuiter a quoquam lacesatur, tanquam pro aris et focis, propugnandum. Sed, cum non eam sibi reuerentiam arrogent magistratus, quae reis, culpae nondum manifestis, se tuendi libertatem detrahant, huius quidem officio in speciem, obsequi integrum foedum assentandi studium inuoluitur, quo gratiam apud hominem ut ineat nequam, adoritur, conumeliaque obruit, Deum. Hoc specimen improbitatis humanae, quae male confutis factisque honestatis nomen praetexit, et, pothabita bona mente conscientia, hominibus, quam Deo, placere mauult, fidemque hominibus dum uenditat, apud Deum cum amore corruptit. Habenda tamen erat ratio illius, qui prouocarat ad testes, a testibus ex lege incipiendum, praefertim cum multi suppetterent, causa nondum orata, ne dum disceptata, formula iuris communis retinenda, ut res interim, sine rei fraude, gereretur, neque captiuus ante, quam dannatus esset, uiolaretur. At neque uincula, quibus constrictus tenebatur Seruator, neque mos iudicij, neque sana mens, obstabant indomito furori, quiuic disciplina, quae criminis dabatur, nondum explorata, praecipit irrueret in innoxium, ignominiaque cumulatum, omni iuri auxilio spoliaret. Ita vero, dum sanctimoniam, iustitiamque, imaginis diuinæ eximus, felix, et omne netas, asciuitus, ipsamque rationem, recte agendi, atque existimandi, magistrum appetitus, in deterius proni, malitia usque eo distinximus, ut, nisi a Deo in uiam reuocemur, effrenato identidem imperu elati, neque ad modi, neque ad temporis circumspectam quandam prudentiam consilium accommodemus. Merito Ioannes ille, qui uere Chrysostomus usurpatur, cum Christi patientiam, et impudentiam serui, contemplatur, coeli, terraeque ultionem implorat, illius, ut exhorrescat, et fulmina excutiat, huius, ut contremiscat, hiatus suo ignes eructet, aut hauriat, absorbeatque, teretrum humani generis monstrum. Merito nos felius nefarium perhorrescimus, simul tamen in hoc seruilius amentiae speculo simulacrum criminis nostri contuemus, ac dolore, merue commoti, pacem ueniamque exposcimus, et meritum Seruatoris, qui, nostri amore, plus patientiae, quam potentiae, adhibuit, religione animi quanta possumus maxima, ueneramus. Solebant antiquitus serui cum manumittendi essent, alapa percuti, nouissima seruitutis plaga, quaue omnis in posterum infamia, ut exponit Basilius, depelleretur. Laeti nos cum Sedula praedicamus, Seruatorem infamis palmae iniurias sustinuisse, ut liberali nos manu asseleret, vindicatosque a iugo aeternae seruitutis, ipsa Dei ciuitate, in qua sempererna perfrueremus gloria, donare. Iouis faciem, artificio fictam, minio, festis diebus, illinere confusevit superflitiofa uetus, singularis, ut rebarat, honoris caufa, qui et triumphantium corporibus haberi solebat. At quantum commentarii cultus fucum, pigmentumque, auersamur, tantum Christi faciem, seruili dextra turgida, et sanguine resparsam, amplectuose, in eiusque aspectu acquiescimus, quae, uti caritatis immensa notis insignita est, ita, quantum amoris huius si beneficium, quantaque huius ueneratio esse debeat, ostendit. Hac religiosi officii contemplatione, et praeclera pietatis aemulatione, incitati, inuenies praelatissimi, quorum neque uirtus, neque doctrina, sat is spectata, laudis nostrae egit, qui que dicendi ordinem ipsi delegerunt, IOHENRICVS, DIOCASPARI, Iurisconsulti Amplissimi, F. BRENDELIVS, IACOBVS FREDERICVS LVDECCIVS, et CHRISTIANVS FREDERICVS LENZIVS, liberalium artium Magister, statuerunt ita religione sua publice defungi, ut primus illorum hodierno die, alter crafino, Sacrolanctae Perseptionis momenta expendant, tertius Salutarem in uitam Reditum, in ipso Anniversario Sacro, Libera to terrarum Orbi gratuletur. Reliquum est, CIVES Optimi, ut instituto, quod honori diuinu seruit, fauatis, et, quam fieri potest humanissime, a nobis invitati, tribus his Oratoribus Sacris, praedicto cuique die, primo autem horum hodie, ab Hora postmeridianâ III, auctulanti benevolentiam, in Auditorio Minor, praefestis, ac, si quid nos promittere possumus officii mutui, id, quicquid est, et quantumcunque est, ex lege officioque deuincti uobis animi, a nobis expectetis. P. P. EID: April: A. R. G. CO. MDCCLXIV

Ung VI 3

10 18  
13 17



33

## Farbkarte #13



**ISSIMOS ACADEMIAE  
CIVES**  
 AD  
**ORATIONES  
ACRAS**  
**AVGVSTEO**  
 RATIS DIEBV  
 AVDIENDAS  
 TITVTI RELIGIONE  
 INVITAT  
**LMVS BERGERVS**  
 ET HVMAN P.P.